Fragmentarium

...no ne nomen hoc pronuntient Rabbini in
...uice usurpant modo hassem i. ipsum no-
...t, prout quidem mea est memoria, Targ.
...us in contextu Genes. 10. 9. modo haqqua-
..., le sanct. Imo per literas alphabeticas
...ter Iudaei, quando ad undecim ueniunt, co-
... ualet decem, addentes ei aleph uni-
...sic iod beth eis conficiunt duodecim,
...is usque ad uiginti: attamen pro iod
...im notaret, scribunt teth uau. theth
...guntur, et uau, qua sex, sicque confi-
... Euidentissimum autem argumentum est
... ergo fieri, quod a uiginti et de-
... talis literarum in numero quinario
... Kimhi in Hos. 12, 6, de hoc nomine uerba
...tuor cum literis יהוה non audet pingere,
...a ipsarum uocantur nomina. Iod, he, uau,
... nomen quod solum soli Deo sit propri-
... Deo nihil est quod Christiani Iu-
...t pronuntiandi superstitione constringa-
...onorem in huius nominis litteris alphabe-
... non constituamus, inreductumque non sit
...ethnicos, superstitione Iudaeorum postha-
...em didicisse, unde suorum supremo Deorum
...umpserint, Iouem eum appellantes. Nam Io-
...i casu legitur in ecclesiasticis patrum ma-
...us: quum martyres sub tyrannis ...
...respondent: Si potest Iouis tuus. Et
... genitiuum Iouis non esse nominatiui Iupi-
...atiui Iouis. Dicitur etiam Vcionis Latinus
...de author commentariorum in psalmos
...onymi, in psalmum, 8, Domine Dominus nos-
...men Domini apud Hebraeos, inquit, quatuor
..., he, uau uult dicere uau he: quod proprie

Dei uer.

Dei uocabulum sonat, et legi potest Iaho, (uult dicere Ie-
houa) et Hebraei ἄρρητον, id est, ineffabile opinantur.
Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam
Graecis uoluminibus ad suam usque aetatem, antiquis ex-
pressum litteris testatur inuentum fuisse Hieronymus prae-
fat. in lib. reg. epist. ad Marcellum. et in 6. caput
Ezechielis. Cuius loci ad recognoscendam antiquitatem uocis
hic recitare placet. Nomen est, inquit, omnipotentis
Dei, quod quatuor hebraicis litteris scribitur, et
apud eos uocatur ineffabile, cum nomen eius non po-
test dici. Cuius maiestatem etiam gentilitas non igno-
rat, et Atheniensium testatur ara, Ignoto Deo. Unde
et Apostolus: Quem uos, inquit, ignotum colitis,
hunc nos annuntiamus uobis. Hucusque Hieronymus.
Eam ob causam Iehouah conuerso in Iouas, duabus pri-
oribus syllabis in unam contractis, haud secus atque
legitur Iehonan 2. reg. 25 23. quo nomine alius appel-
latur Iehohanan, 1. Paral. 26. 3. Unde ortum, opinor,
Graecorum et nostrum habet Iohannes, et Iannes 2.
Tim. 3. pro Iehohannes. Sic quum sit Iehoiacim 2.
reg. 23. 24. alter eodem nomine contracto uocatur
Ioiacim Nehem. 12. 10. et alius contractiore Iacim
1. Paral. 8. 19. Sic Ioseph est psal. 80. 1. qui Iebo-
seph psal. 81. 6. Latine quoque et Graece dicitur
Iacob pro Iaacob, Ioas pro Iehoas, Iuda pro Iehuda,
et quamplurima id genus. Muto autem he finale in
s latinum, uel potius he neglecto, appono s ad
formandam latinorum terminationem: quod faciunt Grae-
ci et Hieronymus in nominibus Iudas, Isaias, Elias

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 159r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37238)